



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XLVII. De Incommodo. Adde. lib. 3. cap. 31. de Commmodo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

quis dicit se aliud sensisse, quam ex contractu apparet, iudex non admittit. *l. sicut 8. §. si debitori 16. quib. mod. pign. solv.* Itaque generalis transactio complectitur omnia, ad quæ salva recti sermonis ratione extendi potest, nec prætenu ali- cuius omitti vel non cogitati impugnari debet. *d. l. sub prætenu. Alex. consil. 11. Viso. n. 9. & 15. vol. 2. Paris. consil. 20. n. 78. vol. 1. potissimum.* quando clausula de non amplius petendo subje- cta, Bart. in *l. Aurelius. §. Cajus n. 15. de liberat. Leg. Jas. in l. in hoc 14. §. ult. ff. commun. divid. n. 5. & 6.* nec latio ultra dimidium subest, nec ma- jor potest peti summa, quam quæ sit expressa. *l. sed etsi 4. §. quesitum 4. ubi Bart. n. 2. Bald. n. 4. Jas. n. 15. & Dd. si quis caut. Panorm. cap. 1. n. 18. commod. Dec. consil. 27. pro virili. n. 4. 5. & 8.*

CAP. XLVI. De Incolis.

Axioma I.

Incola est, qui in aliquam regionem domici- lium suum contulit. *l. 239. §. 3. ff. de V. S. Carpz. P. 3. C. 12. d. 18. n. 6. & P. 3. Consil. 38. Defin. 18. n. 9.* neque hi tantum incolæ sunt, qui in oppido morantur, sed etiam qui in alicujus oppidi fini- bus ita agrum habent, ut in eum se, quasi in ali- quam sedem, recipiant. *d. l. 239. Mev. P. 3. Dec. 165. num. 5.*

II.

Incola legibus & consuetudinibus loci, ubi est incola, subiectus est. *Mev. P. 2. decis. 160. num. 5. Carpz. P. 3. C. 12. Defin. 16. n. 1.*

CAP. XLVII. De Incommodo. Adde. lib. 3. cap. 31. de Commodo.

INCOMMODA eum sequi oportet, quem commoda & utilitates sequuntur. *Clem. 1. de censib. [l. manifestissimi. §. sed cum in secunda. C. de furt. l. secundum na- turam. de reg. jur. reg. qui sentit. de Reg. Jur. in 6.] Escob. de ratiocin. cap. 42. num. 12. & comput. 20. n. 14. Ferrer. in consil. Catalonia, gloss. 3. n. 89. Vide dicta supr. verb. Damnum.*

CAP. XLIX. De Incompatibilibus.

Axioma I.

Quoties duo Incompatibilia concurrunt, tunc illud præferendum, quod est potius. *argum. l. 10. ff. de stat. hom. l. 3. in princip. ff. de tutel. Schrader. de feud. p. 6. cap. 6. num. 6. Guithelm. Anton. in tractationib. de Rescript. mortuor. c. 59. num. 44.*

II.

Incompatibilia plura quando copulantur, tunc copula resolvitur in alternativam vel dis- junctivam. *Rom. consil. 480. n. 4. Socin. consil. 128. n. 3. Tusch. tom. 2. lit. C. concl. 1033. n. 71. Et con-*

currentibus pluribus incompatibilibus prævalent ultima. *Tuschus eod. tom. concl. 1011. per tot. Assumpt. in telo necessitat. pag. 29.*

CAP. XLIX. In continenti.

Axioma I.

In continenti (von Etund an) fieri dicitur, quod in ipso actu fit. *Bart. in l. obligari. §. 1. n. 1. ff. de autor. tutor. Octav. Vulpell. in tract. de præ- pos. ad verba & conjunct. signif. lit. l. verb. in con- continenti faciunt, quæ de hac re notavit Cephal. consil. 221. n. 16. vol. 2. & consil. 710. n. 24. vol. 5. & significat actum esse expediendum summariè absque strepitu iudicii sine novo processu, ut do- cet Bartolus in *l. 1. n. 2. ff. jud. solv.* Panorm. in *cap. quia propter. n. 17. post gloss. & Dd. ibid. de Elect.* Hinc quando dicitur probationem in con- continenti fieri debere, quidam pro in continenti intelligunt quasi in momento, *l. 3. vers. hodie ibi: hodie constat, hodie agemus. de fideicommiss. l. 1. in possess. legat. alii largiuntur biduum vel triduum. l. ult. & ibi Castrenf. C. de errore Advocat. l. ult. Cod. de judic. quidam decendum. l. 20. §. 1. de constit. pecun. Wesemb. consil. 3. n. 32. & consil. 6. n. 38. alii 15. dies. arg. cap. 1. de restitut. spoliat. nonnulli duos vel tres menses, ex *l. 45. §. 10. l. 46. §. 4. ff. de jur. fidei. alii quatuor, per l. fin. C. de usur. rei judic.* plerique tamen iudicis arbitrio committunt, *Hartmann. tit. 5. observat. 1. Menoch. 2. arb. q. 17. n. 8. Boër. in decis. q. 296. n. 7. Coler. de process. execut. p. 4. cap. 2. n. 12. Fri- deric. 2. de mandat. cap. 74. n. 3. Vult. 2. jurispr. Roman. cap. 21. n. 50. Rauchbar. p. 2. quest. Jur. Civil. & Saxon. q. 25. n. 104.* Qui pro subiecta materia variè hanc formulam interpretatur, adeo ut quandoque longum tempus contineat: sic exempli causâ, si quis pecuniam recipit quasi statim redditurus, non prius tenetur ad usuras, quam interpellatio judicialis facta sit, licet longo interposito temporis spatio. *vid. Carpz. 4. consil. 56. per tot. add. plura de effectu hujus form. apud Dn. Barbof. in dict. usufreq. in hac voce, de privi- legio T8 in continenti vid. Ces. Argel. de Patron. Tr. de acquir. Possess. quest. 2. art. 1. seqq. latissimè.***

II.

IN CONTINENTI quæ fiunt à Jure, inesse dicuntur, *l. lecta 40. vers. dicebam. ff. si certum petat. l. petens 27. C. de pactis. cap. officii 38. de elect.* [Quod procedit maxi- mè in contractibus, cum ea, quæ in continenti fiunt, ipsi contractui inesse censentur. *l. 7. §. quinimo 1. cum seq. de pact. Tiraquell. de retract. §. 1. gloss. 18. num. 11. Berlich. part. 2. conclus. 41. n. 15. Carpzovius Part. 2. Constitut. 33. Defin. 5. num. 12.] vide Alexandrum consil. 90. Ferè omnis. num. 5. lib. 1. ubi ait locum habere in iis, in quibus partes possunt de novo disponere, non autem in Iudice, qui functus est officium, propter ver- bum,*